Prot. N° 292/2013

CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

PANORMITANAE

De Administratoris Apostolici nominatione

D E C R E T U M

Ad consulendum regimini archidioecesis Panormitanae, vacantis ab hodierna die per renuntiationem Archiepiscopi, Em.mi P. D. Pauli S.R.E. Cardinalis ROMEO, Summus Pontifex FRANCISCUS, Divina Providentia PP., praesenti Congregationis pro Episcopis Decreto, nominat ac constituit Administratorem Apostolicum "Sede vacante" memoratae Ecclesiae, donec novus Archiepiscopus canonicam sedis possessionem capiat, eundem Em.mum P. D. Paulum S.R.E. Cardinalem ROMEO, Archiepiscopum emeritum eiusdem Sedis, eique iura, officia et facultates tribuit quae episcopis dioecesanis, ad normam iuris, competunt, attentis, tamen, quae in N° 244 Directorii de pastorali ministerio Episcoporum «Apostolorum Successores» continentur.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Congregationis pro Episcopis, die 27 mensis Octobris anno 2015.

Marcus Card. Ouellet
Praef.

+ Ilson de Jesus Montanari
A Secretis